VIRO
GENEROSA PROSAPIA, VIRTUTE AC MERITIS IN REMPUBLIC. ILLUSTRI,

DOMINO
GODOFR. HERM. A BEUCHLINGEN,

DYNASTÆ IN TZSCHORNA, DELLWITZ ET BASELIZ &c.
SERENISS. ELECTOR. SAXONIÆ COMITI,

NEC NON

AULÆ, JUSTITIÆ ET SUPREMARUM APPELLATIONUM CONSILIARIO,

DOMINO ET PATRONO SUO

CUM OMNI OBSERVANTIA COLENDO.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:1-561473-p0009-7

VT ET,

VIRO

MAGNIFICO, NOBILISSIMO ATQVE AMPLISSIMO,

DOMINO

JO. ABRAHAMO

BIRNBAVMIO,

JCTO EXCELLENTISSIMO,

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIÆ A CONSILIIS AVLÆ ET JVSTITIÆ,

DOMINO, AFFINI ET PATRONO SVO

OMNI HONORIS CVLTV PROSEQVENDO,

VITAM, SALVTEM ET INCOLVMITATEM CONSTANTEM!

PA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:1-561473-p0010-8

PATRONI ÆSTVMA-
TISSIMI.

NOn eo audaciæ progreſſus eſſem, ut Nomina Veſtra ſplendidiſſima tenui huic libello præfixiſſem; niſi Veſtra humanitate, PATRONI OPTIMI qva ante duos fere annos, læta forte occaſione Dresdæ oblata, tum frui dabatur, velut ex-

citatus, gratam illius memoriam hîc repetere, mihi convenire putaſſem. Recordor enim adhuc inter colloqvendum, Vos haut infra dignitatem, qva polletis in Aula Electorali, ampliſſima, duxiſſe, cum homine literasprofeſſo, inter alia de literarum ſtudiis, qvæ in Academiis vigent, ſermones cædere.

dere. Qvi ut mihi gratiſſimi accidebant; ita non potui non inde veſtrum in bonas literas & earum profeſſores, affectum, animumqve benignum arguere. Nam etſi qvotidie, arduis aulæ & juſtitiæ curis ac negotiis, patriæ bono, occupamini; tamen, qvia olim in Academiis, per omnis generis diſci-

plinas, vigorem animi ac meditationum circumtuliſtis, nihilqve, ad ampliſſimam ſcientiæ juris divini & humani copiam comparandam, reliqvi feciſtis; amorem erga ſtudia, qvibus juventus Academica imbuenda eſt, nondum exuiſſe Vos animadverti. Proprium qvippe eſt omnibus ſolida ante

do-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:1-561473-p0014-1

doctrina inſtructis, amorem Muſis, per qvas olim profecerunt, ſervare illibatum Vos certe, PATRONI, laudabili documento id probaſſe, hac publica compellatione teſtari volui, debui. Atqve hanc etiam ob cauſam non dubitavi, libellum hunc, de ſtudiis literarum, MAGNIFICIS VESTRIS No-

NOMINIBUS præſcriptis, ornare; enixe rogans, ut eum benigne excipiatis, animumq; offerentis magis, qvi obſeqvioſo cultu Vos proſeqvi conſtanter geſtit, qvam libelli oblati dignitatē æſtimare, dignemini. Valete feliciter & favete

Veſtrar. Illuſtr. & Magnif. Nominum

Lipſiæ Cal. Octobr.
M. DC. XC.

cultori devoto,
A. RECHENBERG.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:1-561473-p0016-3